

Mo. et P. D. Cardinali
Verallo

Pro

Maiestati Carolica

Comes de Montevici orator extrin.



Dubitatur an in controuersia Conceptionis B. Mariae Virginis debeat aut possit imponi silentium etiam in priuatis colloquutionibus, vs qui asserunt eandem B. Virginem peccatum orig.^e contraxisse.

Rationes dubitandi sunt potissimum duae, prima quod intendant Patres Dominicani suam illam sententiam unanimem esse Sanctorum Patrum consensum. 2.^a quod inuitatum, imo et inauditum dicant in Ecclesia, ut in controuersia Inter Catholicos non definita ipsa de qua agitur, questione, una pars iubeat tacere, et alteri liceat suam proferre et publice docere sententiam. Cum ergo nullum huius silentij praecesserit in Ecclesia exemplum singulari quadam nouitate praedicta Dominicanorum sententiae non debet imponi.

Attamen expedire licere, et debere praedictum imperari silentium suadent et probant abunde continua scandala et perpetua dissiidia quae oriuntur in populo christiano cum magna Dei offensa ex assertione illius sententiae in priuatis, et secretis confabulationibus in quibus liberius et ardentius a suis Tutoribus inculcatur, quam in Cathedris et pulpitis. In publicis etenim huiusmodi actibus plures habent auditores et doctos frequenter censors, quorum timeri possit iudicium; In secretis uero promiscuo populo, et indocta plebi persuadere summopere conantur, quod in publicis non licet, idq. saepius tanto et tam effreni conatu efficiunt, ut in uerbis et modo persuadendi omnem transiliant modum, et metam et quodiana sit in populis de scandalis in hac controuersia apud Regem et Praelatos quarimonia. Huius rei locuples et abundantissimum testimonium est ipsius Regis Catholici in frequentibus ad S^m Dominum suorum oratores litteris et amplam de continuis his, et molestis scandalis faciunt fidem duo eiusdem Regis oratores qui nihil tam desiderare Regem testantur, quam Catholicorum sedare discordias Regularium tollere contentiones, et populorum scandala sopire quod nequaquam fieri posse tot saecula demonstrant, nisi per affirmatiua sententia silentium. Illa enim audita (ut uel ipse Melchior Cano Dominicanus ante aliquot annos fassus est) vulgus sine dubio perstringitur, percutitur, torquetur. Quae enim tan toperere scandalizat, et propter scandala taceri iubetur in actibus publicis, cur non et ob eadem uel alia maiora et frequentiora silere iubebitur in priuatis colloquijs. Nulla est edocenda huius sententiae Interpopulares, aut sub priuatis tectis utilitas aut necessitas sed magnum ex frequentibus scandalis animarum tripidium ut quid ergo quod non prodest sed obest sileni non iubeatur. Praeceptum est dominicum, ut ne uel unum ex pusillis scandalizemus, quomodo ergo licebit tot pusillorum millia doctos et indoctos quotidie scandalizare. Quod Res formidabilis est inquit Basil. in vs qua in nostra potestate posita sunt fratrem scandalizare. Quod si Patres Dominicani induci non possint ut sibi persuadeant contrariam sententiam ueram esse, in eaq. semper persistant fide, ut suam ueram esse putent iuxta Apostoli consilium penes se habent hanc fidem, non enim oportet (ut ad hunc Apostoli locum subnectit D. Thomas) quod fidem illam manifestent per operis executionem. Vbi hoc fit cum scandalo proximorum.

Quod autem dicant licite se non posse tacere, nec silentium sibi imperari posse, quia illorum opinio communis est Sanctorum Patrum sententia, tam a ueritate alienum est ut improbari non egeat. Tenim praeterquam quod iam ostensum est plures esse qui expresse B. Virginem a peccato originali uendicent, quam qui eam sub eo conceptam affirmant, et aperte constat ex autographis libris excussis deprauata et corrupta esse loca Sanctorum Patrum, quae communiter hucusq. Authores Dominicani citant, ipse Constitutiones. Aplica sufficienter, et irrefragabiliter probant, neque Dominicanorum sententiam communem esse Sanctorum Patrum, neq. piam et negatiuam eis esse contrariam. Quis namq. absq. manifesta Ecclesiae iniuria et summorum Pontificum irreuerentia audebit asserere uel Sixtum 4. celebrare iurisse quod contrarium est omnibus Sanctis, aut Paulum V. ex pulpitis, Scholis, et vniuersis actibus publicis ablegasse

11
quod illorum est unanimes consensus: Certe graui nota et aspera dignus est reprehensione qui
sententia tenax et prudens persistat.

Neque desunt exempla, quin minus hoc imponatur silentium, dum in grauioribus etiam inter Catholico-
rum uni dumtaxat parti alias indictum est. Namq in quinta Synodo acumenica in grauiissima
vniuerso orbi scandalosa controuersia de tribus capitulis quae locuples fuit multarum dissentionum
parti condemnanti, illa capitula, nimirum Episcopis orientalibus altum indixit silentium^a Vigili-
culiani de hac re edito decreto, seu ut uocatur constituto in cuius fine statuit et decreuit, ut nihil in con-
scriberent, aut proferrent, aut componerent, aut docerent, aut aliquam ulterius mouerent questionem,
autem post aliquot annos urgentissima causa silentium relaxauit, ino incontrariam transiit sententia
ante Vigiliam annis^b. Stephanus etiam Papa Cypriano et Africanis 71. Episcopis peculiari ad eos
tula indixit silentium, nihilq innouari praecipit circa baptizatos ab haereticis ad Ecclesiae gremio-
tes qua controuersia magnam inquit^c. Augustinus Sacramenti profunditatem tunc omnis Ecclesiae
disputatione uersabat. Decretum uero et statutum solum, non definitionem emisisse hac in re ex eo
adhuc per aliquot annos suam retinentem sententiam Cyprianum, et tertium conuocantem in hac re
nec damnauerit Stephanum, nec communionem Apostolicae Sedis priuauerit, quem in Ecclesia
semper^d perstitisse compertum est. Definita autem postea fuit hac controuersia in Concilio Niceno
re exempla proferre superuacaneum, cum et ipsa ratio, et Doctores dicant praescindendas esse scandala
et silentio comprimendas propositiones quae offendiculum praebent, uel in pias aures offensionem immo-
uersaliter ab omnibus illa recipitur^e. Alphonsi a Castro regula, qua docuit quod possunt Inquit
ter uitandum scandalum quod ex doctrina, praedicatione, aut assertione alicuius propositionis oriri possit
propter aliam causam inhibere doctores et praedicatoribus, et omnibus alijs ne illam predicare aut quae
docere, uel asserere audeant. Nulli ergo dubium esse poterit quin Illi^f Cardinales S. Cong. In-
uel S^g Dominus ex illorum consilio iubere poterit taceri Patrum Dominicanorum sententia tot
rumores et scandala excitantem, neque utilis sit amplius nisi ad subuersionem et commotionem
tium, et undiq celebretur, doceatur, et teneatur contraria sententia.

^a Baron. an. 553.
Sournin Binius
in notis ad dictum
Juliana. to. 2. p. 2.

^b Cypria. epist. 74.
Vincen. G. in lib.
con. haer. com. 1.
c. 9. Hier. con. Iulif.
Aug. lib. 3. con.
Cochat. c. 3.

^c August. lib. 2.
con. Donat. c. 4. et
epist. 48. Hier. ci-
tat Euseb. lib. 7.
c. 3. 4. 9. Baron.
an. 258.

^d A. Cathol. lib. de
Iusta. haeret. pun.
c. 3. 8. et 6. Symon.
de Cathol. instit.
tit 54.



[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]